



**IN TERTIVM  
LIBRVM PSAL  
morum.**

**PSALMVS LXXIII.**

[*Nuida, infida*] Constructio eius loci est:  
Sors seu fortuna (quæ tamen homini  
Christiano ad diuinam prouidentiam o-  
mnia referenti nihil est) quæ alias cunctis  
est in uida, mobilis & infida, id est, infidelis;  
istis scilicet impiis & tamen fortunatis  
seruat eundem quasi tenorem perpetua fi-  
de. quasi dicat: Fortuna omnibus aliis in-  
uida, mobilis & infida, vniuersaliter fidelis &  
constans est.

[*Opes suppeditant*] Neutrum absolutum,  
pro suppetunt, sufficiunt, abunde satis sunt.  
Cic. i. Offic. *Suppeditant hæc ad uitium*, id est,  
sufficiunt. Idem ad Trebatium: *Non suppe-  
ditant mihi chartæ*, id est, suppetunt aut su-  
persunt.

**D      P S A L .**